

BOLETÍN



OFICIAL

DEL

**OBISPADO DE BADAJOZ**

SUMARIO: Circular del Ilmo. Sr. Vicario Capítular sobre el mes de Mayo.—Resolución de la S. C. de Indulgencias.—Id. de la de Negocios Extranjeros sobre matrimonios.—De la Misa *pro populo* a Parochis celebranda.—Breve resolución de algunas dudas.—Aviso importante.—Toma de posesión.—Cuentas de Fábrica.—Colectas.

**GOBIERNO ECLESIASTICO**

SEDE VACANTE

CIRCULAR.

Teniendo en cuenta la extraordinaria devoción que en esta Diócesis se profesa á la Reina de todos los Santos y Madre del Amor Hermoso y los solemnes cultos que en el mes de Mayo le son consagrados, facultamos á los Sres. Párrocos y encargados de parroquia para que en donde sea costumbre ó la especial devoción de los fieles lo exigiere, puedan exponer á S. D. M., *servatis servandis*, en las funciones religiosas y ejercicios

piadosos que durante dicho mes se dediquen á la Santísima Virgen María.

Badajoz 26 de Abril de 1903.

JOSÉ M. DIAZ CALVO.

## E. SACRÆ CONGREGATIONE INDULGENTIARUM

### CHAMBERIENSIS

*De surdo mutis quoad lucrandas indulgentias.*

Quamvis haec S. C. Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita, ut suppleretur impotentiae, qua surdo-muti detinentur recitandi preces ad lucrandas indulgentias injunctas, jam providerit per generale Decretum diei 16 Februarii 1852, in quo edixit «quod si agatur de privatis orationibus proprii mutorum et surdorum confessarii valeant easdem orationes commutare in alia pia opera aliquo modo manifestata prout in Domino *expedire judicaverint*,» nihilominus Episcopus Chamberiensis animo revolvens surdomutos nunc perfectiori methodo esse intructos, ut ipsi facilius et uberiori spirituali fructu Indulgentias assequi valeant, sequens dubium huic S. Congregationi dirimendum exhibuit:

«Utrum expediat, ut surdo-mutis, qui in singulis casibus ad proprium confessarium recurrant, per generale decretum gratia concedatur acquirendi Indulgentias, injunctas praeces signis, vel mente fundendo vel tantum easdem legendo sine ulla pronuntiatione?»

Emmi. Patres in generalibus Comitibus ad Vaticanum habitis die 15 Julii hujus decurrentis anni responderunt:

*Affirmative*; et supplicandum Ssmo. pro gratia, firmo manente decreto generali diei 16 Februarii 1852.

In audientia vero habita ab infrascripto Card. Praefecto die 18 Julii anni praedicti, Ssmus. sententiam Emmorum. Patrum approbavit et petitam gratiam clementer elargitus est.

Datum Romae, ex Secr ejusdem S. C. die 18 Julii 1902. —  
*S. Card. Cretoni, Praefectus. — Pro R. P. D. Franc. Sogaro*  
*Archiep. Amiden, Secret. — Jos. M. Cancus Coselli, Sub-*  
*tus.*

## S. CONGREGACION DE NEGOCIOS EXTRANJEROS

*Declaración de 5 de Noviembre de 1901, manifestando la  
 la nulidad «in utroque foro» de los esponsales celebrados  
 sin escritura pública en la América Latina.*

Por decreto de la Sagrada Congregación encargada de los Negocios extraordinarios dado en 1.º de Enero de 1900, se extendió á la América Latina la declaración de la Sagrada Congregación del Concilio dada para España con fecha 31 de Enero de 1889, en estos términos: *Que son inválidos los esponsales que se contraen sin pública escritura en nuestro país y que la información matrimonial no puede suplir la escritura pública.* Pero acerca de la primera parte de esta declaración no es unánime el parecer de los doctores, pues mientras muchos afirman que la nulidad de tales esponsales afecta á uno y otro fuero, tanto al externo como al interno, algunos sostienen que su nulidad no puede defenderse por lo que hace al fuero interno, siempre que conste de un modo cierto acerca del consentimiento deliberado de ambos contrayentes. ¿Son pues inválidos los referidos esponsales sin escritura pública aun en el fuero interno?

*Resp. afirmativamente, ó lo que es igual, son nulos también en el fuero interno. — Pedro Arzob. de Cesarea, Secret.*

## Sección doctrinal

### **De Missa «pro populo» a Parochis celebranda**

#### QUAESTIONIS PROPOSITIO

Antoninus, parochus, cum die quadam Dominica stipem recepisset pro Missa votiva canenda, eam sine difficultate ap-

plicat, ad diem sequentem applicatione amandata *pro populo*. Item, applicationem *pro populo* ad aliam diem transfert alia vice, eo quod die quadam Dominica Missam de requie cantat pro defuncto, cuius praesens est in sua Ecclesia cadaver. Similiter alia die duplici, cum funus agere debeat, praesente cadavere, et nullam recepisset pro Missa applicanda stipem, Missam quidem canit, quandoque legit, de requie ut in die obitus, sed pro defuncto non applicat. Denique, accepta pro Missa quadam votiva eleemosyna, illam legit de die, quamvis in semiduplici, et quandoque de requie, applicans tamen admentem offerentis. *Quaeritur.*

1. *Quo quanto iure, et quibus diebus teneantur animarum pastores Missam applicare pro populo, et quaenam huiusce obligationis antiquitas?*

2. *Num praedicta obligatio adnexa dici debeat personae, loco et diei?*

3. *Licet ne Missam de requie facere ut in casu, quin pro defuncto applicetur?*

4. *Quomodo Antoninus iudicandus?*

### SOLUTIO

1. Quo, quanto iure et quibus diebus teneantur animarum pastores Missam applicare *pro populo*, et quaenam huiusce obligationis antiquitas?

Inter obligationes pastorum, quibus cura alicuius portionis Christi gregis commissa est, praecipua est profecto illa, qua tenentur pro ea sacrosanctum Missae Sacrificium celebrare, cum applicatione fructus illius, qui dicitur *specialis*, quae proinde *pro populo* nuncupatur. Huiusmodi obligatio ex ipso divino iure descendere dicenda est: "Cum *praecepto divino*, inquit SS. Tridentina Synodus, mandatum sit omnibus, quibus cura animarum commissa est, oves suas agnoscere *pro his Sacrificium offerre...*" (Sess. 23 Cap. 1 *De reform.*) Hoc idem docent Constitutiones RR. Pontificum ac praecipue Benedicti XIV (*Cum semper oblatas*, 19 Augusti 1744) et Pii IX (*Amantissimi*, 3 Maii 1858), cum dicunt obligationem Missae pro populo applicandae *ex praecepto divino descendit*; huc pertinent S. Concilii Congregationis Decreta, quibus omnibus freta est communis sententia canonistarum et theologorum. Haec disciplina viguit et in veteri Lege: "Accede ad altare, ait Moyses ad Aaron, et immola pro peccato tuo, offer holocaustum et deprecare pro te et pro populo; cumque mactaveris hostiam populi, ora pro eo sicut praecepit Dominus (Lev. C. 9. v. 7).

Verum, ut ait Summus Pontifex Leo XIII in suis Litteris encyclicis «*In suprema*», 10 Junii 1882, qui, Episcopis inferiores, curam exercent animarum, officium *pastorum, proprie, ex iure divino* non possident, sed ex delegatione exercent ac ecclesiastica constitutione, ita docente christiana traditione, ideoque dicitur praefata obligatio ex praeepto divino *descendere*. Eadem insuper imponitur ex praeepto ecclesiastico. Ita Summi Pontifices pluries declararunt, et praecipue Innocentius XII, Benedictus XIV et Pius IX, omnesque SS. Concilii Tridentini interpretes admitterunt.

Sed et hoc notatum volumus: parochi ad Missam pro populo applicandam tenentur quoque ex iustitia: paroeciae enim ut plurimum ex liberis oblationibus fidelium fundatae sunt ac proinde iusto titulo hi a parochis qui de fructu alitur earumdem, exigunt, ut vicem rependant, sanctis operibus et orationibus, ac praesertim cum applicatione SS. Missae Sacrificii. Haec obligatio nunc ad dies festos de praeepto reducitur, dum antiquitus, si parochus pinguiore redditus, aut ex fundatorum praescripto, quotidie applicare tenebatur.

Quod dies respicit, in quibus parochi Missam pro populo applicare tenentur, SS. Tridentina Synodus haec tantummodo habet: «tam frequenter ut suo muneri satisfaciant Missam celebrent» (Sess. 23, C. 14 *De reform.*) Sed Benedictus XIV (*Constit. cit.*) declaravit: «eos, qui animarum curam exercent, Sacrificium Missae pro populo celebrare atque applicare debere in dominicis aliisque per annum diebus festis de praeepto». Non obstante tamen abrogatione aliquorum ex praefatis festis, a Pio Pp. IX, gravibus de causis facta, obligatio Missae parochialis pro populo applicandae adhuc viget, ut clarissime patet: 1.<sup>o</sup> ex citata Constitutione Benedicti XIV, § 7; 2.<sup>o</sup> ex Litteris encyclicis Pii Pp. IX (*Amantissimi*); 3.<sup>o</sup> ex aliis Leonis XIII (*In suprema*): «in dominicis aliisque festis diebus, qui ex praeepto adhuc servantur, et qui ex dierum de praeepto festorum numero sublatis sunt, omni exiguitatis reddituum excusatione aut aliquaavis exceptione remota, ad Missam pro populo sibi commisso celebrandam et applicandam teneri»; quae verba, etsi ad Episcopos sint referenda, tamen valent et pro aliis curam animarum gerentibus. Praeterea, S. Concilii Congregatio pluries hac de re eodem sensu egit. S. autem Rit. Congregatio similiter edixit (V. D. n. 5232).

Nectetur, pro locis, in quibus (ut in Gallia et Belgio) festa

de praecepto ad Dominicam insequentem transferentur, parochum teneri ad Missam pro populo etiam die abrogata, excepto casu, quo una cum solemnitate transfertur etiam Officium (Pius Pp IX, *Const. cit.*); compertum siquidem est, occurrente uno eodemque die duplici festo de praecepto, satisfieri dictae obligationi, unica Missae celebratione. Si vero aliquam ob causam contingat transferri festivitatem, Officium et Missam, die qua eiusmodi translatio locum habet occurrit obligatio Missae applicandae, ut evenire potest quando festum Annunciationis B. M. V. occurrit feria VI vel Sabbato maioris hebdomadae, quod festum eo anno cum Officio, Missa et feriatiōe celebratur feria II post Dominicam *in Albis*. Sed si transferatur tantum Officium et Missa, tenetur solummodo die impedita (S. C. C., 24 Apr. 1875; S. R. C. Dec. gen. n. 3204, et in *Lingonen* n. 5417).

Etsi primaevi Sacerdotes alique Christi sectatores, persecutionum tempore in catacumbis convenientes divinas dicerent laudes, hae tamen divinum Officium proprie dictum non constituebant, uti observat cl. Batiffol. Temporis vero delapsu, usus adeo commendandus invaluit, quo divinam psalmodiam rite ordinatam clerus cum populo decantaret, nunc tamen penitus ubique fere oblitteratum deploramus. Missa autem nomen accepit *conventualis* ex eo quod in conventibus fidelium celebraretur; serius vero, cum fideles ad Missam, potius parochialem convenirent (nunc aegre nimis!), quinimo ex obligatione tenerentur, haec locum illius cepit, et ideo nomen obtinuit *quasi conventualis*; hinc ista sicut conventualis, respondere, hodierno quoque iure, debet Officio diei.

Haec antiquitatem respiciunt *celebrationis* Missa pro populo; quod autem respicit *applicationem* illius favore populi, facile erit unicuique eam derivare ex Decretis Concilii Tridentini, ex apostolicis Constitutionibus, et ex declarationibus Romanarum Congregationum iam citatis.

Concludimus igitur, eos omnes, quibus portio aliqua christiani gregis concredita est, et in casu nostro *parochum* teneri ad Missam pro populo sibi commissam applicandam, iure relative divino et ecclesiastico, nec non titulo iustitiae singulis diebus festis de praecepto etiam abrogatis, á remotissima antiquitate.

II. Num praedicta obligatio adnexa dici debet personae loco et diei?

Nullum dubium. 1° est *personalis*, et parochus nemini demandare hoc officium valet, nisi legitime impediretur,

sed per se ipsum illi satisfacere: hoc ex iure constituto, quod superius exposuimus Sed praestat Decreta nonnulla sacrarum Congregationum referre. S. C. Concilii, 18 Iunii 1789, ad dubium: «An parochi... teneantur per seipsos applicare diebus festis Missam pro populo, seu potius possint per beneficiales aliosque, Sacerdotes, praedicto oneri satisfacere», respondit «*negative*»; et pariter, die 25 Sept. 1847 ad III: «An parochi ipsi S. Missae Sacrificium pro populo offerre debeant, si legitima causa non impediatur; an vero per alium ex. gr. sacellanum, aut presbyterum advenam huic officio satisfacere possint», respondit: «*Affirmative ad primam partem, negative ad secundam, excepto casu verae necessitatis, et concurrente causa canonica.*» Et quoad distantiam parochi a sua paroecia, S. eadem C. declaravit, eum satisfacere, si distantia fuerit legitima, obligationi, Missam applicando ubi deget; verum providere debet populi commoditati per alium Sacerdotem, qui in parochiali ecclesia Missam celebret, et Verbum Dei explicet (14 Decem. 1872). Nulla admittitur, praeter legitimitatem causae, ulla etsi inveterata consuetudo (S. R. C., 20 Decem., 1864, e. 3128, S. C. C., 25 Sept. 1847, dub. IV).

2.<sup>o</sup> Praedicta obligatio est *localis*; excluso scilicet impedimento, parochus celebrare debet Missam pro populo in sua ecclesia parochiali. Bouix (*De parochia*, prop. VIII) innixus Barbosae et Ferraris nec non decisioni S. C. C. (12 Maii 1720), asserit, hanc esse obligationem absolutam; sed, ex declaratione S. C. C. (14 Decem. 1872) iam citata, distinguendum est inter celebrationem et applicationem. In casu igitur legitimi impedimenti, celebrationi locali parochus providebit per alium sed applicationi per seipsum. Obiter hic notamus, indultum oratorii privati non suffragari parochi valenti ad ecclesiam accedere ad Missam pro populo faciendam.

3.<sup>o</sup> Est etiam *diei adnexa* Benedictus XIV, VIII citatae Constitutionis, docet expresse, hanc obligationem nullam ob causam posse transferri ad aliam diem, excepta tantum causa extremae paupertatis parochi, et probante Episcopo; hoc autem non obstante ulla vel antiqua consuetudine.

III. Licet ne Missam cantantam seu lectam de requie facere die quo occurrit officium ritus duplicis, cadavere praesente, quin pro defuncto applicetur?

Respondeendum, 1.<sup>o</sup> Missam lectam vel cantantam praesente cadavere prohibitam esse diebus ritus duplicis 1.<sup>ae</sup> classis solemnioribus, tam Ecclesiae universalis, quam Ec-

clesiarum particularium. 2.º Missam lectam fieri non posse in casu et occurrentiis praedictis, nisi pro defuncto cuius familia, haeredes seu alii qui funus exigunt, impares sunt ad expensas maiores sustinendas. 3.º Applicationem posse fieri pro aliis, si celebrans stipem ad applicandum pro defuncto non acceperit: hoc autem ex declaratione S. C. Concilii, diei 27 April. 1895.

#### IV. Quomodo Antoninus iudicandus?

1.º Antoninus parochus, cum die quadam Dominica stipem recepisset pro Missa votiva canenda, eam sine difficultate applicat, ad diem sequentem applicatione amandata pro populo, Antoninus, in casu, male operatus est; vidimus enim, obligationem Missae parochialis applicandae pro populo adnexam esse diei. Poterat tamen excusari ob magnam paupertatem ab Episcopo recognitam. Insuper notandum, die dominica non potuisse Missam votivam canere, cum et hoc sit contra Rubricas, nisi fuerit pro re gravi, quod non constat, et parochus debeat Missam *pro populo* celebrare de die ad instar conventualis.

2.º Item, applicationem pro populo ad aliam diem transfert, alia vice, eo quod die quadam dominica Missam de requie cantat pro defuncto, cuius praesens est in sua ecclesia cadaver. Quaesitum fuit a S. C. C. «An parochi in Dominicis aliisque festis diebus, praesente cadavere, possint celebrare Missam pro defuncto, et in alium diem transferre Missam pro populo applicandam in casu? Quatenus negative, an saltem applicationi Missa pro populo supplere possit per alium Sacerdotem in casu». Quae respondit: «Ad I, *Negative*; ad II, *Negative*» (26 Ianuar. 1771, ad I et II). Debuerat ergo parochus alii Sacerdoti committere celebrationem pro defuncto et ipse pro populo celebrare, aut si solus fuisset exequias ad aliam diem amandare. Nec in casu quo stipem non recepisset pro Missa defuncto applicanda, potuisset Missam de requie celebrare ipsam applicando pro populo, ita interpretando declarationem S. C. C.: obstant enim decreta, quibus iubetur; Missam pro populo concordare omnino debere cum Officio diei. Neque opponi valet quod Missa Rogationum, ubi unicus est Sacerdos, quando dies 25 Aprilis occurrant in Dominica, valet etiam pro adimplendo onere Missae parochialis S. R. C. n. 3069-2), quia haec quoque est vere Missa diei á Rubrica praescripta.

3.º Nullam meretur Antoninus censuram, ex dictis n. III, si cum Missam legit duplici occurrente, hoc agit in favorem defuncti pauperis.



4.º Accepta pro Missa quadam votiva eleemosyna, illam legit de die, quamvis in semiduplici, et quandoque de requie, applicans tamen ad mentem offerentis. Cimus. Gasparri, in suo tractatu canonico de SS. Eucharistia (Cap. IV, n. 596), et cum eo omnes canonistae, Liturgistae et Moralistae, interpretantes Decreta sacrarum R.R. CC. (ex gr. S. R. C., in *Ratisbonensi*, 28 Sept. 1872, n. 3285, et *Plurimum Diocesium*, 13 Ian. 1899, n. 4031), ait, quod si quis eleemosynam offerens pro Missa celebranda, nihil dicat de qualitate illius, praesumitur velle eum applicationem tantum; si autem determinet Missam votivam in alicuius Sancti vel mysterii honorem, debet Sacerdos et in hoc conformari desiderio offerentis, si quidem possit, v. gr., celebrando Missam in festo illius Sancti aut mysterii, vel eam applicando die libera, ut celebret votivam. Si ergo in semiduplici non privilegiato Missam dicere debuit, male egit non legendo votivam.

(De *Ephemerides Liturgicae*).

## BREVE RESOLUCION DE ALGUNAS DUDAS

SOBRE INDULGENCIAS CONCEDIDAS AL REQUIEM AETERNAM. — Por Breve de 22 de Marzo se concede indulgencia de cincuenta días por la recitación del versículo: *Requiem aeternam dona eis Domine, et lux perpétua luceat eis*. Se pregunta: 1.º Esta indulgencia ¿es *semel in die*, ó *toties quoties*? 2.º Suele añadirse á este versículo este otro: *Requiescant in pace, amen*. ¿Se dejará de ganar la indulgencia si esto se añade?

Respuesta. A lo 1.º: La indulgencia se gana *toties quoties*, como claramente se indica en estas palabras del Breve; *qualibet vice recitantibus*. A lo 2.º: Como en nada se cambian las palabras enriquecidas con indulgencias, el añadir otras piadosas palabras no obsta á que éstas se ganen. Lo que sí conviene advertir es que estas indulgencias tan sólo pueden lucrarse en favor de los difuntos.

SOBRE CUMPLIMIENTO DEL PRECEPTO DE OIR MISA, EN ORATORIO PRIVADO, POR CONSANGUÍNEOS DEL INDULTARIO. — Ticio tiene indulto de oratorio privado con la cláusula de que en dicho oratorio pueden cumplir con el precepto los consanguíneos y afines *insimul habitantes*. ¿Se entenderá esta gra-

cia á los consanguíneos y afines que viviendo en la misma casa no coman en la misma mesa?

Gattico es de opinión que sí. He aquí sus palabras: (De Orator. Domest. cap. 25, n. 11): «Si contingerit consanguíneos vel affines eodem penitus habitationis loco habitare cum principaliter privilegiato, adhuc, sententia nostra, participarent familiam propriisque sumptibus et separata mensa viverent.»

La razón es porque aunque vivan de este modo separados en la parte económica, viviendo en la misma casa pueden considerarse *insimul habitantes*. Otros muchos autores, sin embargo, opinan lo contrario (Diana, t. 4, tr. 2, r. 41; Pasqualigo, q. 649; Pignatello, cons. 98, n. 95, etc.); pero conviene tener en cuenta que antes en dicho privilegio se hacía mención solo de *la familia*, y por esto los autores excluían á los sanguíneos y afines que no formaban parte de la familia del indultario. Mas ahora se usa la cláusula *insimul habitantes*, que parece más amplia y puede muy bien extenderse á los dichos. Esta es la razón que aduce el célebre Gattico, y nosotros con gusto nos adherimos á él.

(De la revista de Roma *Il Monittori Ecclesiástico*.)

---

## AVISO IMPORTANTE

---

El M. I. Sr. Director General de las Hijas de María de España, se propone reimprimir el librito titulado *Oraciones para hacer la visita y otras provechosas á las asociadas*, adicionándolo con la lista general de las jóvenes alistadas en nuestra patria, bajo el amparo de la Madre del Amor Hermoso.

Accediendo pues, con el mayor gusto á la súplica que á este efecto nos ha dirigido dicho Sr. Director y con el fin de contribuir á una obra que tanto ha de redundar en honra y gloria de la Inmaculada Madre de Dios, se ruega á los Sres. Curas párrocos, ecónomos y regentes, en cuyas iglesias esté establecida la Congregación de Hijas de María, ó á los respectivos Directores, que lo más pronto que les sea posible, envíen á la Secretaría del Gobierno Eclesiástico

de este Obispado las listas de las jóvenes asociadas, para remitirlas oportunamente al referido Sr. Director General.

---

## TOMA DE POSESION

---

El día 18 del mes próximo pasado, se posesionó del Beneficio con cargo de Organista, vacante en esta Santa Iglesia Catedral por defunción de D. Francisco Call y Badal, el Sr. D. Felipe Rubio Piqueras, para el que había sido nombrado mediante oposición.

---

## Cuentas de Fábrica

---

Se han recibido las de las siguientes parroquias: Almoharín é Higuera de Llerena (1.º Enero 1902 á fin Marzo de 1903); La Haba, Alcuescar y la Albuera (1.º Enero á fin Marzo de 1903); Santa María del Castillo de Olivenza y Ermitas de San Antonio y San Francisco de idem (1.º Marzo á 15 de Abril del corriente año); Higuera de Vargas (1.º Enero á 5 de Marzo de 1903) y Montemolin (1902).

\* \* \*

Han sido revisadas y aprobadas las de las parroquias siguientes: Valdefuentes, San Pedro de Mérida, Puebla de Maestre, La Haba, Alcuescar, (primer trimestre de 1903); Albuera, Santa Catalina de Jerez, Puebla de la Reina, (1902 y primer trimestre de 1903); Valverde de Llerena, (1.º Enero á 20 Marzo de 1903); Torremejía, (1.º Enero 1902 á 15 Marzo de 1903); Arroyomolinos de Montanchez, (1.º Septiembre 1901 á 28 Febrero de 1903); Aljucén, (1.º Diciembre 1902 á 15 Marzo de 1903); San Miguel de Jerez (1.º Enero á 12 Marzo de 1903); Casas de Reina, (1.º Marzo 1902 á id. de 1903); Bienvenida, (1.º Septiembre á fin Diciembre de 1902); Higuera de Vargas, (1.º Enero á 5 Marzo

de 1903); y las correspondientes al año 1902 de Trujillanos, Corte de Peleas, Santa María de Nava y Campillo.

## COLECTAS

Año 1903	<b>Santos Lugares</b>	Pesetas.	Cts.
	Suma anterior.....	66	80
	Parroquia de Bienvenida .....	5	65
	Idem de Villar del Rey .....	6	00
	Religiosas Carmelitas de Fuente de Cantos.....	3	00
	Parroquia de Higuera la Serena .....	2	50
	Idem de Santa María Magdalena de Olivenza ..	5	00
	Idem de Villanueva la Serena .....	15	00
	Idem de Quintana de la Serena .....	15	00
	Idem de Villagarcía .....	2	00
	Idem de Campanario.....	13	67
	Idem de Azuaga .....	10	00
	Idem de Fuentes de Leon.....	4	50
	Idem de San Jorge.....	2	00
	Idem de San Fernando y Santa Isabel de la Es- tación de Badajoz.....	1	54
	Idem de Malcocinado.....	4	10
	Suma.....	156	76

\*  
\* \*  
\*

Año 1903	<b>Misiones de Africa</b>	Pesetas	Cts.
	Suma anterior.....	278	14
	Parroquia do Zafra.....	6	00
	Suma.....	284	14

Badajoz: Imprenta, Litg. y Encd. de Uceda Hermanos.